

et aliis omnibus, que predicto modo a preposito predictarum
 marestallarum receperitis, que omnia vos diligenter inquirere
 et scire volumus, ut in nullo possit exinde nostra curia
 defraudari, ut superius dictum est, fieri volumus scripta
 publica consimilia, continencia: formam presentium, nu-
 merum et qualitatem ~~omnium aliarum rerum~~ ac tempus
 omnium pulchorum et aliarum equitaturarum per pila-
 turas balzanaturas et mercaturas earum, ac qualitatem
 et quantitatem omnium aliarum rerum, quos et quas
 receperitis et inveneritis, quorum uno cuiuslibet curatulo
 de curatulia sua dundo, alio vobis retento, tertium pre-
 dicto Johanni de Alneto et quartum predictis magistris
 rationalibus sub sigillis vestris mittere procuretis. et si
 medio tempore contigerit, vos recipere aliquas equitaturas
 in marestallis ipsis, que non sint merco curie nostre ad
 florem de lisa mercate, statim ipsas faciatis eodem
 merco curie nostre mercari, ita quod in marestallis ipsis
 nulle equitature remaneant, que non sint merco curie
 nostre ad florem de lisa mercate. prepositus^{tos} vero in ma-
 restallis ipsis in numero consuetis iuxta statutum ma-
 restallarum annuotis presentibus, si expedire videritis,
 alios sufficientes et ydoneos ordinetis. si vero post confec-
 tionem inventariorum contigerit vos, aliqua animalia
 medio tempore vestro officio durante recipere, animalia
 ipsa per pilaturas balzanaturas et mercaturas ipsorum,
 si mercate fuerint, quibus et quando recepta fuerint,
 vicemagistro iusticiario^{et} magistris rationalibus predictis
 per litteras vestras distinte et particulariter notificare

incontinenti mitta-
 tis, cuiusmodi
 continentiam scrip-
 torum ipsorum scri-
 atum in duobus
 quaternis redigi fa-
 ciatis, prout unum
 predicto Johanni de
 Alneto et alium
 predictis magistris
 rationalibus